

ex una parte et Gulliellmum¹ Mastalium potestatem civitatis nove Cremonae et milites et pedites civitatis nove ex alia apud ecclesiam sancti Egidii XII. intrante Martio. Et tunc turis de Mascalcis traxit contra comune Cremonae pro illis de civitate nova; et eo tempore Gulliellmus potestas civitatis nove faciebat rationem, conciones et consilia apud Sanctam Agatham, et ille Matheus potestas civitatis veteris apud ecclesiam maiorem et palatium communis Cremonae. Nam uterque² se potestas³ comunis appellabat. Sequenti die dominico⁴ dictus Gulliellmus venit in publica contione in platea maioris ecclesie et ibi publice precepta suprascripti Mathei potestatis civitatis veteris iuravit et hoc⁵ de voluntate et iussu domini Sichardi episcopi Cremonae⁶, in quo ambo se conpromiserant de discordia, quam inter se habebant, salvo quod Gulliellmus predictus esset potestas societatis populi. Et hac⁷ sententia non obstante anno sequenti⁸ dictus Gulliellmus de Mascalcis cum sua parte incepit iterum civile bellum atque sturmun cum dicto domno⁹ Matheo potestate et cum militibus et peditibus civitatis veteris die Iovis primo Kall. Iulii¹⁰ iuxta¹¹ ecclesiam sancti Egidii et sequenti die sabbati¹² iuxta ecclesiam sancti Leonardi et iuxta ecclesiam sancti Mathie et iuxta ecclesiam sancti Victoris, et in predictis¹³ conflictibus multa homicidia militum et peditum facta fuerunt, et plures¹⁴ domus civitatis nove combuste fuerunt.

Anno Domini M^oCC^oX^oI^o¹⁵, anno secundo inperii sui inperator Otto venit Cremonam de Madio, et eodem anno contra voluntatem domini pape intravit regnum Apulie ad devastandum et capiendum regnum Scicilie et ad occidendum¹⁶ Fredericum Rogerium regem Scicilie. pupillum¹⁶, cui

1) 'et' folgt falsch in der Hs. 2) 'inter' Hs. 3) So Hs.
 4) D. i. März 14. 5) 'hec' Hs. 6) Der Schiedsspruch Sicards ist schon am 11. März, also schon einen Tag vor dem oben erwähnten Kampf ausgestellt, abgedruckt von L. Astegiano, Codex dipl. Cremon. I, 215 f., n. 111. 7) D. i. für uns 1210. Der Jahresanfang muss hier vom 25. März oder von Ostern genommen sein. Da Matheus nur ein Jahr Podestà war, am 15. März 1211 schon ein anderer Podestà urkundlich erscheint, ist die Zeitbestimmung nicht zweifelhaft. 8) .d. Hs. 9) Montag und Wochentag stimmen für 1210, wenn, wie selbstverständlich bei den Italienern, 'primo Kall.' = Kal., nicht = pridie Kal. ist. 10) D. i. natürlich 'iuxta'. 11) D. i. Jul. 3. 12) 'et impis' Hs. 13) 'pluras domos' Hs. 14) Das folgende gehört vielmehr noch zum J. 1210, und da Otto am 4. Oct. 1209 zum Kaiser gekrönt wurde, nach richtiger Rechnung noch zum ersten Kaiserjahre Otto's. 15) Vgl. unten S. 517, N. 2. 16) Das petit gedruckte ist alles aus Sicards Chronik abgeschrieben.